



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

collegiata sunt canonicos (nisi parochi sunt) teneri nolumus ; cum in ipsis eorum Ecclesijs certos conventus constituturi simus inter eos ; idque etiam in quibusdam frequentioribus Ecclesijs Collegiatis quæ in diocesi sunt , statuemus .

Decretum . XXV .

Parochi ante conventum sacerdotale constituantur . Prou. . pa. de vic. foranels pag. 27 .

SI quis animarum curator , qui diocesanis conventibus interesse debet , die ante quam conventus habetur , ut Concilij nostri provincialis decreto edictum est , vel eo ipso die mane confessus non erit ; huius illius diei Conventu Vicarius Foraneus interdicit , nummoque aureo præterea mulctet , quem egentibus hominibus attribuat in ea parochia , cuius parochus hoc erratum admisit .

Itē sacerdotes , & reliqui in Synodo diocesa

Quo præterea die posthac diocesanæ Synodi initium fiet , eo ipso die mane omnes & singuli qui in Synodo adesse debent , ritē primū confessi , sacerdotes quidem sacrosanctum Missæ sacrificium offerant ; reliqui verò inferiores clericij sanctissimam Eucharistiam sumant .

Decretum . XXVI .

Clericis à diocesis finibus sine facultate abesse non liceat .

NE clericis qui sacris ordinibus initiati sunt , quive ecclesiasticum beneficium , idque etiam nullius curæ obtinent , ijs amplius octo dies continenter à diocesis nostræ finibus abesse liceat , nisi literis nostris data ipsis huius rei facultate .

Nihil tamen potest ijs derogatum putetur , quæ & Tridentino , & provinciali Concilio , & edicto nostro , de Curatorū residentia , aut de alijs decreta sunt , qui etiam à beneficijs suis absunt .

Decretum . XXVII .

Clerici sine licentia ne laicis operantur . Prou. . i. par. 2. de negotijs secularibus à clericis fugien .

VT quæ nostro provinciali Concilio sancita sunt , ea non patiamur vllō modo ab ijs negligi , quorum causa illa decreta facta sunt ; idcirco clericis beneficium ecclesiasticum obtinentibus , alijs item qui sacris ordinibus initiati , laicis hominibus quouis gradu dignitateve præditis , in quocunque vllō munere aut officio obeundo , vel quavis causa illorum domi in vrbe forisve operam suam nant ; ijs omnibus & singulis edicimus , vt dimissa hac Synodo , mensē post ab il-

lis laicorum ædibus abeant , nisi literis nostris permillum eis erit iusta causa perseverare .

Si quibus verò huius rei hætenus potestas facta est , id eo ipso præstito tempore nobis denuncient atque ostendant . Qui contra fecerit ; ab ordinis sui munere tamdiu amotis ipso iure sit , quoad nobis videbitur , arbitrataque nostro præterea mulctetur .

Decretum . XXVIII .

QVICVNQVE in actionibus publicis baculum , ferulamve , aut rem vllā aliam ferre solent , quod suæ dignitatis insigne sit ; ij in ijs ipsis publicis munerum functionibus semper insigne tale adhibeant .

Insigne dignitatis officijve quando adhibendum .

Quoniã verò veteri huius sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ vsu & consuetudine illud institutum est , vt Parochi urbani , caputium quod est eorum insigne , ferant , quo à reliquis qui animarum curam non habent , internoscantur ; idcirco eisdem iubemus , vt illud institutum retineant ; ita vt si qui id eorum insigne (cuius extremam partem interiorem fascia limbove coloris viridis vestiri iubemus) per urbem non induant ; mulctæ cuique sit , quoties contra fecerit , nummus aureus locis pijs arbitrio nostro attribuendus . qua pœna is mulctetur etiam si comprehensus non esset , modò id testatum fieri alia ratione possit .

Parochi caputium ferant .

Hoc autem decreto teneri nolumus , neque Metropolitanæ Ecclesiæ canonicos ordinarios , neque alios item collegiatarum Ecclesiarū Canonicos , eosve qui in his ipsis Metropolitana collegiatisve Ecclesijs officia obtinent ecclesiastica ; idque eo solum tempore , cum ipsi canonici , aut ecclesiastica officia obtinentes , vel processiones , vel alias actiones , p muneris sui ratione collegiatim obeunt .

Decretum . XXIX .

CLERICIS iter habentibus quavis vestitu contractiori vti licebit , at decentem tamen illum , atque eiusmodi esse oportet , ex quo eos esse ecclesiastici ordinis homines agnosci facile possit .

Clericorum vestitus in iure , & pileus item .

Cum verò ij ex oppidis , alijsve nostræ dioc-